



Nobilissime & Amplissime

DOMINE,

Differtationis tuæ de usu & abusu Organorum duo exemplaria accepi; quorum alterum Nobiliss. Heroinæ nostræ Schurmannæ tradidi. Agit ipsa gratias pro munere literario; ago & ego, quas possum maximas. Judicium meum voluisssem nunc quidem perscribere, nisi impedirent aliæ quædam meditationes, quarum editio nunc urgetur; & accuratiori diatribæ aliquando publicandæ totum hoc, quidquid est, reservarem. Schurmannæ nostræ eiconæ, quem ipsa pinxit & sculpsit,

sculpsit, si fortè nondum videris,
 hic exhibeo, atque una versiculos,
 quibus nuper abiturienti hinc exi-
 mio J. C. D. Schotano remoram
 injicere conata est ; sed frustra.
 Deum precor, te Spiritu suo gu-
 bernet; ut raro atque admirando
 exemplo veræ sapientiæ & pieta-
 tis studia loco ac sæculo tam im-
 portuno pro viribus porrò ornare
 ac promovere pergas. Ultrajecti
 VIII Eid. Mart. clō Io cXLI.

Nobilit. & Amplitud. tue

observantissimus

GISBERTVS VOETIVS.

D

Hactē-